

fato edicto taxatam, imposita contravenientibus certa poena pauperibus applicanda, ex bonis temporalibus Monasteriorum, & Regularium, Communitatum fumenda. Postremo in eodem edicto sancitum fuit, quod haec omnia effectum, haberent retroactivum quoad successiones, aliasque res delatas praefatis Communitatibus, quae, ut praefertur, incapaces declarate fuerant quidquam consequendi, quod illis fuisset delatum per actus ultimae voluntatis, exceptis tamen rebus, quae eisdem Communitatibus, per sententiam jam fuissent adjudicate, & hoc quidem edictum verificatum, atque, ut dicitur, per Senatum Sabaudiae interinatum fuit die 17. Aprilis 1703. inharendo praepcepto desuper in ejus calce specialiter inserto, licet quoad clausulam retroactivam, & bona a Communitatibus supradictis pacifice possessa, fuerit ab eodem Senatu modificatum. Porro ambigi nequit, quin omnia in illo disposita manifestam Ecclesiasticae potestatis, & auctoritatis usurpationem, ejusdemque libertatis violationem praeserant, nullatenus tolerabilem. Quamvis vero incertus ad Nos pervenerit rumor suspensam subinde fuisse praefati edicti executionem, nihilominus, praeterquamquod nullum hactenus suspensionis hujusmodi certum accepimus documentum, nemo non intelligit solam suspensionem minime sufficientem fuisse ad praemissam gravissimam laesionem tollendam.

Exponitur publicatio Monitorium Cardinalis Curiae Romae 1703. Aug. 8. quo subditis Montafae, Cisterne, & Cortanfae immunitas fuit recognita prava Sedis Apostolicae in supremam Dominam.

Edictum Cameracense Computorum Ducis Sabaudiae super declaratione auctoritatis nullitatis dicitur monitorii ac recognitione in supremam Dominam ad favorem d. Ducis faciendam.

§.7. Praeterea cum ad retundendas graves, & frequentes molestias, quas Ducales Ministri subditis, & Feudatariis hujus Sanctae Sedis Locorum Montafae, Cisterne, & Cortanfae non sine manifesto directi, & supremi domini ad Nos, & ad eandem Sedem in praedictis locis unice, & privative spectantis, pridem intulerant, novaque, quas illis inferre praefati Ministri minabantur, instante Dilecto Filio Commissario Generali Camerae Nostrae Apostolicae per Dilectum Filium Nostrum Joannem Baptistam S. R. E. Cardinalem Spinulam nuncupatum, ejusdem S. R. E. Camerarium, die 8. Augusti 1702. expeditum, atque transmissum, & eorumdem feudorum Syndicis praesentatum, necnon Feudatariis eo, quo licuit, modo intimatum fuisset monitorium, quo districte prohibebatur, ne alium Supremum Dominum, praeter Sedem Apostolicam, & Romanam Ecclesiam recognoscere, auderent, fuit ad similem Patrimonialis Ducalis requiritum mensis Septembris 1702. per Cameram, quam vocant Computorum aliud publicatum, & respective intimatum Edictum, seu Decretum, quo, prava declarationis nullitatis, & invaliditatis ejusdem monitorii, tam ipsi Feudatariis, qui eatenus Sedem praedictam, tanquam Dominam directam, ejusque supremam auctoritatem constanter recognoverat, ipsi etiam Sabaudiae Ducibus id approbantibus, quam Syndicis Universitatum, atque Vassallis sub gravissimis poenis praecipiebatur, quod de cetero supremam tantum ipsius Victorii Amedei Ducis auctoritatem recognoscerent; Ad hujus vero Edicti publicationem praefatarum Universitatum Syndicos vi, metuque Ducales Ministri compellere tentarunt, omnibusque renuentibus, nonnulli in Civitate Asteni deprehensi, carceribus mancipati, alii vero, qui ad illam accedere recusarunt, militaribus copiis a dictis feudis violenter extracti, similiter detenti fue-

runt, morte etiam sclopo illata alter, ex ipsis, qui fuga sibi consulere studebat.

§.8. Nec minor apparuit alia Senatus Taurinensis audacia; cum enim Venerabilis Frater Episcopus Aquisgranensis a divinis suspendisset Parochum Locum Mombaldoni, ejus Dioecesi subiecti, quamvis siti in ditione temporali ejusdem Victorii Amedei Ducis, pro coercenda illius inobedientia, ex quo comparere contumaciter recusaverat, licet pluries vocatus ad se expurgandum de gravibus delictis, de quibus fuerat delatus, & signanter, quod in manifestum, ac detestabilem contemptum Clavium, ad Divinorum participationem admisset Comites Franciscum, Dominicum, & Michaelum suos Fratres, per publicarum svedularum affixionem, sequutam die quinta Februarii 1701., tanquam excommunicatione irretitos denunciatis, ipsique praesentibus, & assistentibus celebrasset, habito ad memoratum Senatum recursum per Procuratorem Fiscalem laicalem, promulgatum, fuit edictum ab eodem Senatu die secunda Decembris 1701., quo praefatum Episcopum monuit, sub poena reductionis bonorum temporalium, ne ipsum Parochum extra ditionem Ducalem evocaret, sed in illa Vicarium deputaret, eidem Parocho prohibendo, ne alibi compareret, sub simili poena reductionis bonorum temporalium, super cujus Edicti affixione in Palatio Praetorio sequuta, sumptis contra ipsum Parochum per Curiam Episcopalem informationibus, eoque in contumacia perseverante, atque Divinis ministrante, necnon in Parochialis officii exercitio se immiscente, die 22. dicti mensis Decembris idem Parochus declaratus fuit irregularis, ac subinde in executionem mandatorum dictae Congregationis Cardinalium, die 24. ejusdem mensis Decembris expeditorum, ad compescendam ejus proterviam, & consulendum spiritali bono animarum ipsi commissarum, die 24. Januarii subsequenter tam ipsius Parochialis, quam aliarum ruralium Ecclesiarum valvis affixum fuit edictum, quo ipse omnibus nunciabatur a Divinis suspensus, & irregularis, ac ad omnem Ecclesiasticam sanctionem peragendam inhabilis, interdicta ei Sacramentorum administratione, ac respective receptione; Qua tamen suspensionis, & irregularitatis publica denunciatione contempta, praefatus Parochus celebrare continuavit, omnemque lapidem apud dictum Senatum movit, ut impediretur Sacerdoti, supplendis ejus vicibus deputato, Parochialis muneris exercitium; Quocirca novum ab eodem Senatu expeditum fuit Edictum die 27. Aprilis 1701. ad similem instantiam Procuratoris Fiscalis, quo Episcopus, sub poena reductionis bonorum temporalium, iterum monebatur, ut revocaret provisiones contra dictum Parochum captas, & Vicarium in ditione Ducali pro exercenda jurisdictione deputaret, eidemque Parocho prohibebatur, ne alibi personaliter, vel per Procuratorem compareret. Unde dictus Parochus, edicti hujusmodi auctoritate fretus, magis in dies contumax, & ordinariae, ac delegate auctoritatis contemptor evasit, dum animo profluo obdurato, iterum suspensus, & irregularis declaratus, respondere, & comparere detrectavit.

§.9. Ad haec idem Senatus Taurinensis in aliam prorupit temeritatem; nam die 10. Octobris

Edictum Senatus Taurinensis diei 29 Dec. 1701. quo Episcopus Aquisgranensis monuit, ne extra ditionem temporalem dicitur evocaret Parochum Locum Mombaldoni a divinis suspensus.

Declaratio irregularitatis dicitur Parochi cum affixione edicti super illis suspensus a Divinis & irregularitate.

Edictum alterum d. Senatus die 27. Aprilis 1701. quo Episcopo demandatum fuit, ut revocaret provisiones editas contra dictum Parochum.

Decretum ejusdem Senatus diei 10. Octobris

Octobr. 1701 prohibens executionem sententiae excommunicatae contra Carolum Augustinum Malletum Ordinis Minorum Conventualium.

bris 1702. ad instantiam Procuratoris Generalis Ducalis jurisdictionis, per Decretum typis impressum inhibuit omnibus Fratribus Familiae, seu Conventus Ordinis Minorum Sancti Francisci, Conventualium nuncupatorum, ne executionem darent cuidam sententiae de mandato Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita die 15. Julii 1702. contra Carolum Augustinum, Malletum Fratrem expresse professum dicti Ordinis latae, qua ipse declaratus fuerat excommunicatus, omnibusque gradibus, & Officiis sui Ordinis privatus, ob damnabilem recursum habitum ad laicalem potestatem, ad effectum impediendi accessum Custodum Conventuum, ejusdem Ordinis in ditione ipsius Victorii Amedei Ducis existentium, ad Provinciale Capitulum, quod in Civitate Alexandrina Provinciae Mediolanensis celebrari debebat, mandatum ab eadem laicali potestate impetrandum, quo illis sub poena ducalis indignationis praecipiebatur, ne ab eadem ditione recederent, illudque Custodibus ipsis intimando, qui omnes ei paruerunt: Dicitam porro sententiam, quamvis Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, ac praecipue Litterarum quotannis in die Coenae Domini legi solitarum dispositioni conformem, adhuc tamen memoratus Procurator Generalis Ducalis jurisdictionis, in recursum ad dictum Senatum habito, evidenter, & intolerabiliter injustam asserere non erubuit, ipseque Senatus, ejusdem instantiae annuendo, praefatae sententiae publicationem, & executionem, ac ne quidquam in praedictum dicti Caroli Augustini innovaretur, quousque habitus fuisset recursum, ad quem de jure competeret, sub eadem ducalis indignationis poena districte prohibuit; Unde idem Carolus Augustinus, praemissorum colore fretus, spreta excommunicatione, qua per dictam sententiam fuerat innodatus, in Divinis ministrare ausus fuit, & ob id irregularis evasit.

Ordinatio Senatus Niciensis 1701. 1702. ne Episcopus Antonino Arnaud Officium Archiepiscopali Ebredunensis inhiberet exercitium Vicariatus Locum Barcinonense in propria Civitate.

§.10. Inter haec ad Nostrum pervenit auditum, aliud a Senatu Niciensi Ecclesiasticae auctoritati illatum praedictum; cum enim supradictus Episcopus Niciensis auctoritate prius ordinaria, & deinde sibi delegata a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, inhibuisset cuidam Antonino Arnaud Fratri expresse professi Ordinis Praedicatorum, Officiali deputato ab Archiepiscopo Ebredunensi, pro exercenda jurisdictione Metropolitana prius in loco nuncupato Barcinona, seu Barcinonetta, in ejus Dioecesi sito, & in temporalibus subdito Gubernio Niciensi, exerceri consueta, ac deinde translato illius exercitio in ipsam Civitatem Niciensem, ne in eam sese ingereret, cum id manifeste tenderet in turbationem, atque imminutionem ordinariae jurisdictionis ipsius Episcopi, & Sacrorum Canonum sanctioni adversaretur, ut eadem Congregatio declaravit, habito recursum per eundem Antonium ad Senatum praedictum, ipse die 14. Decembris 1701. monuit praefatum Niciensem Episcopum, ne sui officii exercitium ipsi Antonino impediret, sub praetextu publici populorum beneficii, cum comminatione poenae reductionis ejus bonorum temporalium, eandemque monitionem, & inhibitionem m-

renovavit die 26. Januarii 1702. ad instantiam Procuratoris Fiscalis Laicalis, etiam post acceptam notitiam decreti praefatae Congregationis, officii hujusmodi exercitium improbantis, addita ulterius sub eadem poena, necnon ducalis indignationis, prohibitione cuilibet personae, etiam Ecclesiasticae, ullam citationem exequenti, vel intimandi sententiam, aut ordinationem cujuscumque Tribunalis extra Statum siti, pro ut de facto impedita fuit intimatio memorati Decreti, cum citatione per Episcopum praefatum transmissa, male scilicet prius habito, & postea etiam detento quodam Clerico, pro eadem praesentanda, adhibito.

§.11. Cum autem praemissa omnia, nimium sane per Nos hucusque tolerata, libertatem, immunitatem, ac jurisdictionem Ecclesiasticam manifeste laeserint, & violaverint, ac laedant, & violent, nec non Nostris, ac Sedis Apostolicae juribus, atque auctoritati maximum, & gravissimum praedictum intulerint, atque adhuc inferant, quinimo in ipsorum Senatum, Magistratum, Judicium, Officialium, aliorumque tam Mandantium, quam Consulentiis, Exequentium, illisque favorem, & auxilium quoquo modo Praestantium, aut Approbantium, & cum possint, non Impedientium, nec Corrigentium perniciem, ac praeterea in scandalum plurimorum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi sanguine redemptas in gravissima pericula conjecerint, & deplorandis malis involvere pergant; Cumque adhuc Senatus, Magistratus, Judices, Officiales, alique praedicti, eisque adherentes, & ab ipsis gesta approbantes post plures, ac toties repetitas nostras paternas monitiones a pluribus annis factas, & diligentias, atque instantias adhibitas pro gestorum hujusmodi retractatione ab eis obtinenda, adhuc id minime praestiterint, nec Ministro Apostolico, laicali auctoritate a Ditione memorati Victorii Amedei Ducis, sicut praemittitur, expulso, adhuc fuerint revocata, ac sublata impedimenta, ad hoc ut possit ad suam residendum, suique muneris exercitium libere redire. Hinc est quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum Assertores in Terris a Domino constituti sumus, omniumque Christianissimum, curam, & sollicitudinem superna dispositione gerimus, ac proinde tam graves secularis potestatis abusus diutius dissimulare non possumus, libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam factam, testamque, atque illibatam tueri, & conservare necnon animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, ac omnium, & singulorum, quae in praemissis, seu eorum occasione quovis modo acta, & gesta fuerint, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, necnon Senatum, Magistratum, Judicium, Officialium, aliorumque praefatarum qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliaque quaecumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirunt, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes; Moru proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praefata omnia, & singula Decreta, Ordinationes, Mandata, & Edicta, ac alia quaelibet a Se natibus, Magistratibus, Judicibus, & Officialibus.

Cause infrequens Declarationis.

Declaratio nullitatis omnium, & singulorum praedictorum, eorumque damnatione, & abolitione.

cialibus supradictis, aliisque quibusvis Personis, etiam specifica, & individua mentione dignis, in praemissis seu eorum occasione in praedictum libertatis, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticae, atque auctoritatis Apostolicae respective quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque secuturis, penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, temeraria, & a non habentibus potestatem dampnabiliter attentata, ac de facto praesumpta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficaciae esse, & ab initio fuisse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari posse, vel potuisse, nec ex illis cuiquam aliquid jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut possidendi, seu quasi possidendi, vel praescribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quodcumque acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo eidem haberi debere, tenore praesentium declaramus. Et nihilominus ad majorem, & abundantiore cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & aboliis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

Decretis firmitatis censuram, & obligationis reponendi in praesentium omnia praemissa, cum reservatione alicuius poenae.

§.12. Ceterum cum notorii, & explorati juris sit eos omnes, qui Decreta, Ordinationes, Mandata, & Edicta praedicta ediderunt, promulgaverunt, aut quoquo modo pro iis intererunt, vel illis usi fuerunt, eaque executioni demandarunt, ac alia praemissa, vel eorum aliqua perpetraverunt, necnon illorum Fautores, Consultores, Mandantes, & Adherentes, atque in eorum sequelam, & executionem gesta approbantes, Censuras Ecclesiasticas a Sacris Canonibus, generalium Conciliorum Decretis, & Apostolicis Constitutionibus, ac praesertim literis die Coenae Domini singulis annis legi, & promulgari solitis inflictas, necnon Feudorum, si quae eis a Romana, vel aliis Ecclesiis concessa fuerunt, privationis, ac omnium, & quorumcumque privilegiorum, gratiarum, ac indulgentiarum sibi a Nobis, seu Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris quomodolibet forsitan concessorum amissionis poenas, eo ipso, incurrisse, nec a censuris huiusmodi a quoquam, nisi Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, (praeterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in eisdem censuris eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, ac insuper inhabiles, & incapaces esse, qui absolutionis, & liberationis beneficium consequantur, donec supradicta Decreta, Ordinationes, Mandata, Edicta, omniaque in eorum executionem, gesta, atque secuta, & quomodolibet attentata publice retractaverint, revocaverint, cassaverint, & aboleverint, eaque novis Edictis, Ordinationibus, Mandatis, atque Decre-

tis e medio sustulerint, ac omnia in pristinum statum plenarie, & cum effectu reintegraverint, dictoque nostro, & Sedis praedictae Administrato liberum regressum ad suam residentiam cum plenario sui Officii exercitio respective permiserint, vel alias debitam, & condignam Ecclesiae, ac Nobis, & huic Sanctae Sedi satisfactionem in praemissis praestiterint: idcirco illos omnes etiam specialissima mentione dignos, necnon illorum Successores in officiis, a retractione, revocatione, cassatione, & abolitione Decretorum, Ordinationum, Mandatorum, Edictorum, aliorumque praemissorum per seipso faciendam, vel alias debita, & condigna Ecclesiae, ac Nobis, & dictae Sedi satisfactione realiter, & cum effectu in eisdem praemissis exhibenda, praesentium literarum, seu alio quocumque praetextu minime liberos, & exemptos, sed semper ad haec obligatos fore, & esse, ut absolutionis beneficium obtinere valeant, eorumdem tenore praesentium decernimus, & pariter declaramus; Facultatem insuper quodcumque procedendi ad alia canonica, & severiora remedia, quatenus praefati Ecclesiasticae libertatis, & jurisdictionis Apostolicae violatores in sua contumacia persistentes, censuras, & poenas Ecclesiasticas huiusmodi animo, quod abest, sustinerint indurato, Nobis, & eidem Sedi expresso referentes.

Clausula.

§.13. Decernentes etiam easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati, & alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes cuiusvis status, gradus, ordinis, praerogativae, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, sed ad ea vocati, citati, & auditi, causaque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adducta, verificata, & iustificata non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel ininteresse habentium consensus, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuaque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illos aperiendi oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis praedictae Nuncios, aliove quoslibet, quacumque praerogativa, & potestate fulgentes, &

fun.

C.
Declarantur nulla gesta a Ministris Regiae Audientiae Aquilanae, circa condemnationem Clerici, sequestrum Mensae, & ejectionem Episcopi.

Dat. 21. Maji 1707. An. 7.

Inn. XI Const. ed. 1677, Nov. 28, P. 3 declarata. fuisse nulla acta a Regio Consilio Castella contra Nuncium Apostolicum. Quomodo hujus Pontificis Const. ed. 1707, Maji 17, P. 7 Acta in Ditione Ducis Sabaudiae libertari, & Jurisdictioni Ecclesiasticae praedicta.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ab ipsis Pontificatus nostri primordiis non sine gravi animi nostri molestia serio perpendimus quot, quantasque non multo antea obitum fel. rec. Innoc. Papae XII. Praedecessoris nostri tunc in humanis agens bo. mem. Ignatius de la Zerda, dum vixit, Episcopus Aquilanae, & contumelias a tunc existentibus Praeside, Auditoribus Rotae, Advocato Fiscalis, aliisque Ministris, & Officialibus Regiae Audientiae Civitatis Aquilanae, pertulerit, eo quia Ecclesiae jura facta tecta pro viribus tueri, illaque a laicorum violationibus fideliter, ac strenue asserere non dubitaverat.

Referuntur molestiae illae Curiae Episcopi Ministris, sequens appositum. Mensae, & violenta ejectione Episcopi laici Zerda, & sua Sede ob censuras latus in Ministris Regiae Audientiae, & a quibus ultimo supplicii affectus fuerat. Clericus Josephus Catalis.

§.1. Nobis siquidem innotuerat, quod alias postquam dict. Ignatius Episcopus q. Josephum Carosi, qui unius, seu plurium homicidiorum reus asserbatur, Clericali characterem, quemadmodum ex pluribus testimoniis, aliisque non levibus documentis apparebat, insignitum, in potestatem Curiae Laicalis dictae Civitatis incidisse, ipsamque Curiam ultimi supplicii sententiam in illum jam latam executioni demandari facere paratam esse compererat, sub comminatione censurarum Ecclesiasticarum Ministris, & Officiales praefatos monuit, ut dictum Josephum una cum actis ad suam Curiam Episcopalem remitterent: quod cum illi, suspensa dumtaxat contra eundem Josephum sententiae supradictae executione, minime praestitissent, eos iterum, parendo mandatis Congregationis tunc existentium S. R. Eccl. Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae, & controversiis Jurisdictionibus praeposita, sub eadem comminatione monuit, ut ipsum Josephum, sibi consignarent, ad effectum caute cum custodiendi in carceribus Ecclesiasticis, vel saltem illum, praevia debita cautione, in carceribus Laicalibus nomine Ecclesiae pro tutiori custodia retinerent; donec ipse Ignatius Episcopus omnibus mature perpensis, ac servat. servandis declarasset, an de Clericatu ejusdem Josephi vere constaret.

§.2. Verum per Ministris, & Officiales praedictos comminatione censurarum huiusmodi penitus contempta, idem Josephus ad ultimum supplicium traductus, eoque affectus fuit; Unde dictus Ignatius Episcopus, ut tam gravem injuriam Ecclesiae, a qua de veritate dicti Clericatus juxta Sacrorum Canonum dispositionem privative cognosci, & judicari debebat, illam vindicaret, praedictos Ministris, & Officiales memoratas censuras Ecclesiasticas propter praemissa incurrisse declaravit; dicti vero Ministris, & Offi.

functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.14. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, ac usibus, & stylis, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis praedictis, aliisque quibuslibet Personis, etiam quacumque Ecclesiastica, vel mundana Dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vicem dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.15. Cum autem eadem praesentes literae in locis Ditioni praedicti Victorii Amedei Ducis subiectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est, & Nobis notorie constat, prout tenore praesentium declaramus, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Florae de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si univocis eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent.

§.16. Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubique adhiberetur, si forent exhibitae, vel offensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XVII. Mensis Maji Anno MDCCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

& Officiales caeco consilio, & odio abrepti eo inconsiderationis, & temeritatis potuodum devenerunt, ut nonnullos tunc pariter existentium Ministrorum dictae Curiae Episcopalis, eorumque, qui examen ad favorem dicti Josephi super praemissis subierant, Consanguineos absque ulla sexus, vel aetatis distinctione carceribus mancipaverint, ac insuper sequestrum super bonis Mensae Episcopalis Aquilan. apposerunt, & quod gravissimum, ac plene detestabile fuit, ipsius Ignatii Episcopi dicta Civitate, totoque Regno Neapolitano expulsionem, ingeminata Praeconis voce in publica ejusdem Civitatis platea, promulgari fecerint, ac subinde Militum, & Satellitum, seu Birruariorum turba stipati ad Palatium Episcopale accedere, illudque ingressi eidem Ignatio Episcopo, violentia, & minus adjunctis semel, atque iterum exilium intimare ausi fuerint, ita ut dictus Ignatius Episcopus, quo se a violentia, & minis hujusmodi eximeret, Ecclesiam suam Aquilan., sibi que commissum Dominicum gregem desereret, ac e praefato Regno exire coactus fuerit, eademque Ecclesia Aquilan. suo Pastore in gravissimis, quibus reperiebatur, angustiis destituta remanserit.

Cur Interdictio subiecta non fuerit Civitas Aquilanae.

§.3. Hac profecto omnia animo revolventes, ac in quantum per illa Ecclesiae libertas, necnon Episcopalis Jurisdictionis, sacerque character, & sublimis dignitas vilipendium, & contemptum adducta fuerint, sedula cordis nostri meditatione cogitantes, ne tam indigna, probrosaque facinora inulta remaneret, in eam deveneramus sententiam, quae alias a Congregatione nonnullorum ejusdem S.R.Eccl. Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae, & contraversis Jurisdictionibus praepositorum, de quorum numero tunc in minoribus constituti eramus, a praefato Innocentio Praedecessore super praemissis specialiter deputata, inita fuerat, quaeque ipsius Innocentii Praedecessoris infirmitate, ac deinde obitu supervenientibus executioni demandari minime potuerat, quod scilicet dicta Civitas Aquilan., ejusque Dioecesis Ecclesiastico interdictio subicerentur; Verum sperantes mitius agendo fore ut, redirent Praevicariatos ad cor, ejusmodi consilium exequi distulimus, & interim nullum studium, nullamque diligentiam, aut operam praetermissimus, ut eos ad suos excessus agnoscendos, illosque condigna poenitentia delendos, praecipue vero ad dictum Ignatium Episcopum a memorato ejus exilio ad suam residentiam honorifice revocandum, omnesque praenarratos actus libertatis Ecclesiasticae laevos cassandos, & abolendos converteremus.

§.4. Interea tamen cum dictis Praevicariatoribus de die in diem respicere differentibus, ac secundum duritiam suam, & impenitens cor thesaurizantibus sibi iram in die ire, dictus Ignatius Episcopus a Civitate, & Dioecesi hujusmodi exil ab humanis decessisset, adeoque ea unica spe, qua animi nostri moerorem solabamur, quod scilicet per ipsius Ignatii Episcopi honorificum ad suam Ecclesiam reditum violata Ecclesiastica libertas, & Episcopalis dignitatis honor aliqua ex parte reparari potuissent, frustrati remissimus, valde turbatum fuit cor nostrum, indeque pristinum de apponendo Ecclesiastico interdictio praefato consilium reaf-

sumpsimus; Verum antequam ad publicationem literarum interdicti hujusmodi procederemus, infelix illa Civitas horribili terramotu concussa, ac prorsus eversa remansit, ita ut in ejus excidio justis, & misericordis Dei inscrutabilia iudicia, & investigabiles vias ejus mirati fuerimus: licet enim eam tanta plaga percussisset, & affligeret Dominus, adhuc tamen illam in multitudine misericordiae suae respexisse visus fuit, disponendo, ut tempore dicti terramotus Ecclesiastico Interdictio praefato supposita minime reperiretur. Porro miser ille, ac plene luctuosus dictae Civitatis status ad commiserationem potius, quam ad ulteriorem vindictam Nos movit, ac propterea memorati Interdicti publicationem, ne afflictionem Afflictis adderemus, suspendimus. Cum tamen interea praefati Ministri, & Officiales, Coelo, terraque frustra clamantibus, pro tot, tantisque injuriis, & offensionibus Ecclesiae, ut praefertur, illatis, ne minima quidem ex parte tot annorum spatio satisfacere curaverint, ne illa ex diuturniori tolerantia negligi penitus, aut dissimulari videantur; ac Ecclesiasticae Immunitatis Violatorum in dies crescat audacia, ea tandem, quae Pastoralis officii nostri ratio postulat, implere decrevimus.

Causa infrequentis declarationis.

§.5. Hinc est, quod Nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in terris a Domino constituti sumus, libertatem, Immunitatem, ac Jurisdictionem Ecclesiasticam a temerariis, & perniciosis hujusmodi conatibus, quantum Nobis ex alto conceditur, illasam tueri, & conservare cupientes, ac omnium, quae in praemissis, seu eorum occasione quovis modo decreta, ordinata, acta, & gesta sunt, seriem, causas, & circumstantias etiam aggravantes, necnon Tribunalium, Ministrorum, Officialium, & aliorum quorumcumque in praemissis quomodolibet culpabilium qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quaecumque etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, omnia, & singula per praedictos Praesidem, Auditores Rotae, Advocatum Fiscalem, aliosque Ministros, & Officiales Regiae Audientiae Civitatis Aquilan. necnon quoscumque alios in praemissis quomodolibet culpabiles tam circa condemnationem praefati Josephi, ac sequestrum bonorum Mensae Episcopalis Aquilan., quam circa supradicti Ignatii Episcopi exilium, & expulsionem, ac alias in praemissis, seu eorum occasione in praedictum libertatis, Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticae quomodolibet acta, decreta, gesta, & ordinata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsitan quodcumque fecuturis, penitus, & omnino nulla, inania, invalida, irrita, temerarie attentata, & de facto praesumpta, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetuo fore, tenore praesentium declaramus. Et nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula, quatenus de facto procefferunt, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, harum serie itidem perpetuo revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus,

Declaratio nullitatis gestorum a Ministris Regiae Audientiae aliique.

Revocatio, & abolitio eorundem.

mus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolicis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi debere, earumdem tenore praesentium decernimus, & pariter declaramus, illaque damnamus, & reprobamus; Firmis tamen remanentibus censuris, & poenis Ecclesiasticis, quas Praeses, Auditores Rotae, Advocatus Fiscalis, Ministri, Officiales, aliique praefati propter praemissa, quovis modo incurrerunt, a quibus non nisi a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente post debitam, & condignam Ecclesiae praestitam satisfactionem (praeterquam in mortis articulo, & tunc cum reincedent in eadem, censuras eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari valeant: ac expresse insuper Nobis & huic S. Sedi reservata facultate quatenus illi minime redierint ad cor, ad alia canonica, & severiora remedia, quandocumque Nobis placuerit, procedendi.

Confirmatio Censurarum.

Clausula.

§.6. Decernentes etiam ipsas praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod praefati, & alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praerogativa, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causaque, propter quas praesentes emanarint, sufficienter adducta, verificata, & justificata non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantum juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis laesionis, nullo inquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque expressionem requirentia defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; Sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussis observari: sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Rom. Eccl. praefate Cardinales, etiam de Latere Legatos, & ejusdem Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quaecumque praerogativa, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cullibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae re-

gula de Jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; ac usibus, & stylis etiam immemorabilibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis praefatis, aliisque quibuslibet Judicibus, Curis, Tribunalibus, & Personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialissima mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantificumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes; illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Ut autem eadem praesentes Literae ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiae Lateranen., & Basilicae Principis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis in Monte Citorio, & in Aede Campi Florae de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; Sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde arclare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimata fuissent.

§.9. Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique habeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XXI. Maji MDCCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

C I.

Conceditur Indulgentia plen. perp. pro Ecclesiis Fratrum, & Monialium Tertii Ord. Sancti Francisci in festis SS. Ludovici, & Elisabethae.

Dat. 21. Maji 1707. An. 7.

Inn. XI Const. ed. 1680, Aug. 26, P. A., concessa fuit Indulgentia in quibusdam festis pro Ecclesiis Fratrum, & Monialium S. Francisci.

Z 2

CLE.

Ad perpet. rei memoriam.

Exordium.

Injuncta Nobis divinitus Apostolica servitutis ratio postulat, ut Caelestium munerum Thefauros dispensationi nostrae a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris Sanctorum in Coelis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque, & fovendam erga illos fidelium devotionem, & ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

Preces Ministri Gen.

S. 1. Supplicationibus itaque Dilecti Filii Bonaventurae Guglieri Ministri Generalis Tertii Ordinis S. Francisci nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianissimis vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis hactenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, ac ubique locorum existentibus in S. Ludovici Regis, ac S. Elisabethae Reginae Hungariae festis diebus, a primis Vesperis usque ad occasum Solis Festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio praed. Indulg.

S. 2. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, seu Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis obnignatis, ubique eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Maji MDCCVII. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Clausula.

C II. Declaratur nulla concordia in Sedis Apostolice, & S. R. E. praedictae inita super gubernis Stationibus Militum Germanorum in Ducatu Parmae, & Placentiae, cum Decreto firmitatis censurarum.

Contra inferentes praedictum Juribus S. Sedis, & S. R. E. extant Urb. VIII. Const. ed. 1641, Jun. 15 Leonis X. Constit. ed. 1515, Maji 25. Et Bullae in die Canonis Domini. Hujus Pontificatus Const. ed. 1707, Maji 21, P. 7 nulla declarata fuere gesta a Regia Audientia Aquilana, contra Episcopum. Et Const. ed. 1709, Oct. 15, P. 9 declaratur nullum Edictum Saecularis potestatis circa fructuum fructuum Ecclesiasticorum in Ducatu Mediolanensi.

Ad futuram rei memoriam.

Inruptiones Germanorum Mittum in.

AD Apostolatus nostri notitiam non sine gravi animi nostri molestia ante aliquot

mensis pervenit, quod cum prius, videlicet mense Novembris proxime praeterito, nonnulla Germanorum militum legiones in plura loca Ducatus Parmae, & Placentiae ex inopinato irrupissent, dictorumque locorum incolis plurima, & sane gravissima damna intulissent, ac insuper legionum hujusmodi Ductores, seu Moderatores hybernas ibidem stationes de facto, ac violenter se figere velle declararent: nec ad mala ista avertenda quidquam profuissent plures tam a Dilecto Filio Nobili Viro Francisco Farnesio Parmae, & Placentiae Duce, quam a Dilectis Filiis Communitatibus, & Hominibus Civitatum Parmen., & Placentin. adductae rationes, eo potissimum fundamento innixae, quod Ducatus ipse, & ejus loca praedicta nobis, & huic S. Sedi, etiam in temporalibus, mediate subiecta essent, ideoque ab ejusmodi oueribus, ac gravaminibus libera prorsus, & immunia esse deberent; tandem mense Decembris subsequenti, Communitatibus, & Hominibus praefatis assentientibus, qui tamen vi, & necessitate coacti, nec alio, quam imminente graviora mala propulsaudo consilio, hac peragere protelati fuerunt, ipsoque Francisco Duce ob eandem rationes annuente, inita fuit super praemissis quaedam concordia in decem capitula, seu articulos distincta, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

Articuli concordati tra S. E. il Sig. Marchese di Prid, come Plenipotenziario di Sua Maesta Cesarea in Italia, in virta dell' Imperiale Diploma della 4. Maggio scaduto, e l' Illustrissimo Sig. Governatore Francesco Malpeli Deputato di S. A. Serenissima il Signor Duca di Parma coll' Illustrissimi Signori Conte Gio. Francesco Marazzani Visconti, e Marchese Annibale Scotti, due Cavalieri di questo Pubbico di Piacenza, dal quale coll' approvazione, e consenso dell' A. S. Serenissima, come da suo benignissimo foglio in data de' 20. Novembre proximo passato, sopra il regolamento del presente Quartiere d' Inverno, che se e prelo di fatto ne Stati di Parma, Piacenza, mediante l' Ingresso delle Truppe Cesareae, e Collegate, non obstanti li varj ricorsi, e le dimostranze piu efficaci fatte dal predetto Signor Duca, e col mezzo de' suoi Ministri, come pure da queste Communita di Parma, e Piacenza, se e venuto all' accordo infrascripto, affinche si stabilisca il buon ordine, e si scansino li maggiori danni, e pregiudizj.

I. Si e fissato dal sudetto Sig. Marchese di Prid per parte del Commissario Cesareo l' ammontare di esso Quartiere alla somma di doppie novantamila di Spagna, o loro valore, delle quali ne toccheranno doppie sessantasettemila settecento cinquanta alli particolari secolari d'essi due Stati (esclusa la tangente dell' Ecclesiastici riservata nell' Articolo nono) da sborsarsi ne termini, e modi infra espressi alla Cassa Cesarea per il mantenimento delle Truppe, che resteranno acquarterate in questi Stati, e de' Regimenti di Cavalleria, che si sono rimossi per maggior sollievo di essi, mediante la qual somma sar a bonificato tutto cid, che verr a somministrato in natura dal Paese tanto per porzioni da bocca, che di Cavallo, e dovranno pure non meno li Signori Generali, ed Officiali, che li Soldati communi (escluse infra scritte porzioni) pagare pontualmente la carne, vino, e tutti li commestibili, che saranno tassati a giusti prezzi, e seguendo qualche disordine contro il buon regolamento, che si publichera, e stabilira ne Quartieri, sar a riparato con ogni piu accurata dili-

deductum, arque Concordia a Duce, & Communitatibus coadite instituta cum illis.

Concordia decem Capitulis comprehensa.

Determinatio ac distributio contributionum ex causa dictarum stationum scidarum a Laici.

diligenza da Signori Commandanti de' Regimenti, che dovranno obligare li Trasgressori ad una congrua indennizzazione, la quale ove non si ottenesse col loro mezzo, si ricorra all' Eccellentissimo Sig. Generale della Cavalleria Marchese Visconti Commandante in questo Quartiere, che sar a dar loro la dovuta soddisfazione.

Bonificatio Panis subministratus tam per Ecclesiasticos, quam per Saeculares in computum dictarum contributionum.

II. Ha pure condesceso detto Signor Marchese di Prid alla compensa di doppie cinquemila dalla total somma delle doppie 90000. tanto a favore degl' Ecclesiastici, secondo la loro porzione, che de' Secolari, in sconto del pane somministrato in occasione del passaggio dell' Armata Cesarea nello scorso Mese d' Agosto, di cui si promise la restituzione, come pure del Pane, ed altri commestibili ricevuti in piu occasioni dalle Truppe Assiane, e dal Corpo della 500. Cavallo comandati ultimamente dal Tenente Colonnello Sant' Amor, e si e avuto in cid pure qualche riguardo alli Carri, che verranno provveduti da essi Stati per la Vettura de' Grani, ed Avena, che converra introdurre da varie parti per la sussistenza delle Truppe, e per non accrescere la penuria del Paese, cui verranno concessi gl' opportuni Passaporti, che saranno bramati tanto per Acqua, che per Terra per l' introduzione pure de' Grani, che mancherano al loro bisogno.

Destinatio terminorum solutionum contributionum ex parte a Laici.

III. Per facilitar maggiormente il Paese al pagamento della sudetta somma spettante a Secolari, si e convenuto per patto espresso, che saranno sborsate le due terze parti, che importano doppie 42500. nel Mese d' Aprile, e l' altra terza parte di doppie 21250. mediante l' obligazione de' migliori Bancieri di questi Stati in due termini, cioe la meta del mese d' Agosto, e l' altra meta in Ottobre dell' anno prossimo venturo, con le quali somme si dichiaro da detto Signor Marchese di Prid, che s' intende soddisfatto per parte del Signor Duca alle obligazioni feudali, che gli corrono verso Sua Maesta Cesarea.

Ereccio Montis, & assignatio fundi pro facilitati exactione sui certis legibus.

IV. Come si e creduto spedito per minor peso di questi Stati di divenire all' erezione d' un Monte per un capitale di doppie trentasimila, e piu, cosu si publichera senza ritardo nel Mese corrente. Sar a destinato per fondo di esso Monte, che ascendera a doppie di Spagna 36000. e piu, un reddito annuo da assegnarsi sopra li propri effetti di S. A. Serenissima a ragione del cinque per cento, che dal giorno dell' impiego correr a favore de' Compratori. Si daranno inoltre tutte le cautele possibili per sicurezza, & invito di essi Compratori, & a questo fine s' obligheranno non solo li Pubbici delle Citta di Parma, e Piacenza, ma ancora infolliuna fe delle Case piu commode, e beneficanti, e li migliori Bancieri d' ambedue dette Citta, al pontual pagamento de' frutti, come sopra, di trimestre in trimestre a termini maturati, & alla restituzione del Capitale in due termini, cioe doppie 18000. in Ottobre dell' anno 1708., e l' altre 18000. o piu nello stesso Mese del 1709. Perche poi detti Signori hanno dubitato (attese le circostanze de' presenti tempi) di non poter ritrovare tutta la somma per riempire il Monte, per li e benignamente accollato S. E. il Sig. Marchese di Prid (nel caso sudetto) di prendere sopra di se il carico di trovare una, o piu Persone, che suppliscano sino alla somma di doppie veotimila nella compra d' esso Monte, la quale fra tanto dall' E. S. sar a compensata in detti termini. Si e pero convenuto, che si praticino senza ritardo da sudetti Signori tutte le possibili diligenze a Mila-

no, Genova, o Bologna per rinvenire il piu prontamente, che si potra, tutta essa somma, ed ove cid riesca, & a misura, ch' entrera il denaro, si sar a sborsare indilatatamente alla Cassa Cesarea di Guerra.

V. A fine d' accertare il punto piu essenziale, che si e discusso, cioe il modo di potere stabilire, e combinare col servizio Cesarea, e sussistenza delle Truppe, la conservazione del Paese, e percid il sostentamento del Popolo, e del bestiame (attese li frequenti passaggi di Truppe, e la penuria de' grani, e de' foraggi, che si prova nel corrente anno per la siccita della scorsa estate, e le straordinarie inondazioni ultimamente accadute) si e convenuto, che l' obligazione per parte del Paese di provvedere il pane sia puramente ristretta alli tre Reggimenti Imperiali di Cavalleria, e Dragoni, e sar a bonificato per oncie trenta di peso, che importa per cadauna porzione, ed oncie diciotto carne al giorno, che sar a somministrata dal Paese, doppia una di Spagna al mese, comprese live dodici di questa moneta di Piacenza, che saranno pagate per il vino, che si vendera a' Soldati nel Paese stesso a' giusti prezzi; Quanto poi alle Truppe di Prussia sar a totalmente a carico del Commissariato Cesareo il provvederle, e l' introdurre grani per la sussistenza loro, e saranno puramente somministrate le vetture dal Paese entro il Territorio; Si sar a pero l' anticipazione per un mese di tre mila porzioni di pane ogni giorno, il quale sar a pontualmente restituito in tanto grano della medesima specie; Dovra pur anche somministrarsi il foraggio con Carri del Paese, e distribuirsi, con tutto il miglior ordine, e la piu esatta misura, che sar a possibile, cioe a ragione di quindici libbre di fieno per ogni porzione da Cavallo, e si provveder a per quattromila in circa, secondo la ripartizione, specificazione, che sar a data da' Commissarij di guerra di Sua Maesta Cesarea, purchu si lasci la necessaria sussistenza per il bestiame, senza la quale non avrebbe potuto questo Paese assumere, ne supplire alle sudette obligazioni; Si restringer a pero esso bestiame al numero puramente indispensabile alla coltura de' Terreni, ed alla meta delle Vaccherie, e si destineranno pur anche Commissarij da ambe le Parti per fare la recognizione, e conscrizione de' foraggi, e procurare, che tutto cid sia posto pontualmente in elezione.

Prascribitur modus subministrandi victualia.

VI. Si e fissato il prezzo del foraggio, regolato alle sudette libbre 15. al giorno, e due terzi di doppie di Spagna ogni mese, e l' altro terzo per l' avena di libbre 8. per porzione, che si somministrara dal Paese sino al fine di Gennaio proximo passato (il qual tempo sar a tenuto il Commissario Cesareo a provvederle) con facolta al Paese medesimo di poter somministrare in difetto dell' avena sudetta altri grani confacenti alla sussistenza della Cavalleria Imperiale, secondo una giusta porzione, che dovera stabilirsi col sudetto Signor Marchese Generale Visconti, e dove venissero dette porzioni da Cavallo ad essere calcolate a maggiore prezzo nello stato di Milano, si seguir a la stessa regola.

Taxatio pretii commensati pro servizio equotum.

VII. Mediante le accennate prestazioni, ed obligazioni, non dovranno li sudetti Stati essere astretti, ne soggetti ad alcun' altro peso, toltone il coperto con l' uso del fuoco, lume, e letto, o pure pagliarizzo, secondo il comodo de' Paesi per li Soldati in casa de' Particolari, & esigendogli di piu, si sar a soddisfare a' loro Officiali. Parimente non saranno astretti li Stati sudetti, che a dare il puro coperto, e la legna (in quella quantita, che sar a limitata dal Sig. Generale Visconti) per li Sig. Generali, ed Officiali, li quali pure

Onus Subditorum praestandi habitacionem, aliaque commoditates pro indigentis militum.

pure non potuimus obligare il Paese a somministrare il foraggio per li loro Cavalli, il quale potesse eccedere le porzioni, che sono a loro assegnate &c.

VIII. Sarà compensato nella detta somma l'ammontare del foraggio per tutti li Reggimenti Cesarei, e Prussiani dal tempo, che sono entrati in questo Paese, e sono stati di passaggio dal principio dello scorso Mese di Novembre, e perchè non si può fare presentemente un'esatto calcolo di tutto ciò, che di foraggio, & avena hanno ricevuto, si dichiara, che per temperamento d'equità si compenserà ogni porzione a quattro quinti di doppia, si farà pure rimborzare da Reggimenti il pane, carne, e vino, che si giustificò essere stato dal suddetto tempo somministrato, o ricavato dal Paese. Lo stesso si praticerà esattamente nell'avvenire per tutte le Truppe, che occorresse di far passare per questi Stati, eccettuato il foraggio in erba, che si somministrerà senz'alcun pagamento del Paese, spirato il termine de' Quartieri.

IX. Per eguagliare il peso del presente Quartiere, e sollevare questi Stati dovranno concorrere li Particolari tutti indistintamente, ancor che privilegiatissimi, mentre P. A. S. Serenissima stessa effettivamente concorre per la quota de' suoi beni, e come li Ecclesiastici, siano Secolari, o Regolari, possedono buona parte de' terreni in ambi detti Stati, ed hanno concorso altre volte a Quartieri, come pure concorrono anche attualmente per la quarta parte de' Secolari al mantenimento de' Presidi di Parma, e Piacenza, così si riserva il Commissario Cesareo la facoltà nelle dovute, e legittime forme, di ricavare da essi la loro rata sino a doppie ventumila, e duecento cinquanta, mediante il che restano pure esenti li Beni de' suddetti Ecclesiastici dalla danno maggiori, che avrebbero potuto patire indistintamente, quando non si fossero divertiti con li suddetti temperamenti, nel che tutto però si protesta per parte de' Secolari di non volere alcuna parte, se ingeneranza.

X. Il Sig. Marchese Generale Visconti Comandante di queste Truppe farà osservare ogni più esatta disciplina nella suddetti Quartieri alla mente, e conformità di questo stabilimento, ed irrogiteranno pure li Signori Commissari di Sua Altezza Serenissima, e di questi Stati, acciò si adempisca a tutto ciò per parte di essi, ed affinché si faccia la più giusta, e proporzionata disposizione, e distribuzione de' Quartieri.

In fede di che si è sottoscritta la presente, e munita de' rispettivi Sigilli. Piacenza nel Convento di S. Savino li 14. Dicembre 1704.

Il Marchese di Prù.
Francesco Malpeli Governatore, e Delegato.
Gio. Francesco Mazzeani Visconti.
Annibale Scotti.

§. 1. Porto licet explorati juris esset concordiam prædictam, quam non quidem approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo præsentibus inserendam duximus, utpote nostrorum, & dictæ Sedis jurium, necnon directi, ac supremi domini Nobis, & S. R. E. in Ducatu supradicto competentis manifeste læsivam, nullius prorsus esse roboris, & momenti, ac insuper notum esset fel. reg. Urbanum PP. VIII. Prædecessorem nostrum Apostolicæ Sedis, & Romanæ Ecclesiæ præfatarum jura a quibuscumque præjudicialibus hujusmodi per quasdam suas die V. Junii MDCXXI. expeditas Literas amplissime præservasse; adeoque nulla prorsus

Compensatio subministratio paciscedente facta in prædictis concordiis.

Præservatio exigendi ab Ecclesiasticis ratam contritionum.

Obligatio utendi exacta disciplina in hybernis illationibus.

Dat. supradictæ concordie.

Nullitas ejusdem concordie tanquam læsivæ supremo Sedi Apost. dominio in d. Ducatu.

opus esset ulteriori declaratione, ad hoc ut eadem concordia, tanquam irrita, inanis, & invalida ab omnibus haberi debere: nihilominus cum ad Nos delata res esset occasione petiti a Nobis beneplaciti super iis, quæ in nono capitulo, seu articulo ejusdem Concordiæ quoad portionem, seu ratam pecuniarum a Personis Ecclesiasticis tam Secularibus, quam Regularibus Ducatus prædicti perolvendam, sicut præmittitur, conventa fuerant, Nos beneplacitum hujusmodi denegando, Concordiam præfataram non modo a nobis approbari non posse, sed semper reprobari, ac damnari debere non obscure declaravimus; quinimo animo revolventes quam diras, omnique humanæ potestati terribiles censuras, & poenas irrogant canonicæ functiones spiritu Dei condite, quæque deterrima ingeminatæ quotannis Ecclesiæ voces imprecantur iis, qui Ecclesiastica jura violant, aut bona diripiunt, vel illis damna, & onera divinis, humanisque legibus vitata inferre non verentur, per quasdam nostras ad eundem Franciscum Ducem die 5. Januarii proximo præteriti manu nostra scriptas literas eos omnes, qui loca prædicta, sicut præmittitur, invadere, illaque, ac supremam jurisdictionem in eis Nobis, & eidem Sanctæ Rom. Ecclesiæ competentem perturbare, & vexare temere, & de facto præsumperunt censuras, & poenas supradictas incurrisse, nec eis illas a Nobis quovis modo remissas, vel condonatas intelligi debere, diserte significavimus: sperantes, ubi hæc innotuissent, abunde sufficere posse, ut redirent Prævaricatores ad cor, absque eo quod Nos apertius ad severiora procedere cogemur.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, non solum studia hæc nostra optato, quem sperabamus, fructu vacua remanserint, sed, quod maxime deplorandum est, personis Ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus prædictis portionem, seu ratam pecuniarum in dicto nono capitulo, seu articulo, sicut præmittitur, conventam solvere merito reculantibus, eo quia necessarium ad id nostrum, & dictæ Sedis beneplacitum non modo non concessum, sed expresse, ut præfertur, a Nobis denegatum fuerat, inaudito, ac detestabili anu plures militum turma in earundem personarum Ecclesiasticarum domos, prædia, ac bona immissa fuerint, ibidem expensis personarum hujusmodi permansura, donec illæ tædio affectæ portionem, seu ratam prædictam realiter, & cum effectu perolverint: hæc vero, quæ non nisi summo omnium recte sentientium horrore, ac merore audiri poterant, nullatenus tolerabilem libertatis, immunitatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ violationem importent.

§. 3. Hinc est quod Nos, qui omnia paternæ charitatis officia, quæ pro ejusmodi tollendis malis sædulo adhibere curavimus, vana hæcenus, & inania experti fuimus, quique ex commissi Nobis divinitus Pastoralis muneris debito, quorumcumque eidem Romanæ, aliisque inferioribus Ecclesiis, necnon quibusvis Personis, & bonis Ecclesiasticis competentium jurium assertores in terris a Domino constituti sumus; tamen non dubitemus Venerabiles Fratres Episcopos illarum partium, quorum zelum excitare non prætermisimus, strenue, ac fortiter hæc in re munus sui partes impleturos esse, & forsitan etiam

Reprobatio ejusdem, quæ potest sub dispositione Bullæ quotannis publicari solita in die Cænenæ Domini.

Inmissio militum in Domos. & Bona Ecclesiasticorum solvere detractionem ratam contributionum.

Summi Pontificis propria obligatione hæc malis occurrentibus, & diligenda ab ab Episcopis adhibenda.

etiam jam implevisse, ac insuper certo credamus tam iniqua militum facinora, ac etiam iniquiora consilia longe ab æquisima charissimi in Christo filii nostri Josephi Romanorum Regis in Imperatorem electi mente aliena esse, quinimo ipsum in eos, qui illa perpetrarunt, severe, ut omnis justitia exigit, animadversurum esse speremus: nihilominus, ne in tanta Ecclesiæ afflictione diutius silentes, ac Sacerdotibus Ministris Domini inter vestibulum, & altare plorantibus, & dicentibus: Parce Domine, parce Populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium: otiosi, ac desides, incumbenti Nobis Apostolicæ servitutis officio deesse videamur, ac nimia longanimitate prodita Ecclesiasticæ libertatis, desertaque turpiter Dei cause Rei efficiamur, exurgentes in Domino, ac tam memorati Urbani Prædecessoris, quam fel. mem. Leonis PP. X. etiam prædecessoris nostri, qui per quamdam suam octavo Kal. Jun. anno MDXXV. editam constitutionem personas omnes etiam specificas, & individua mentione dignas, quæ Civitates, Terras, & loca ad dictam Romanam Ecclesiam mediate, vel immediate pertinentia, præsertim vero Parmen., & Placentin. Civitates invasissent, excommunicavit, anathematizavit, ac maledictionis, & damnationis æternæ munctione percussit, vestigia scelerantis, ac insuper Apostolicis literis, quas plurimi Romani Pontifices Prædecessores nostri die Cænenæ Domini legi, & promulgari fecerunt, & Nos similiter singulis annis legi, & promulgari fecimus, ac signanter canonibus decimo octavo, & vigesimo literarum hujusmodi, firmiter inhaerentes. Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præsertim concordiam, ejusque articulos, & capitula, quæcumque cum omnibus, & singulis in eis, eorumque quomodolibet contentis, ac inde secutis, & quancumque secuturis, ipso jure nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum, seu cujuslibet eorum, etiam si juramento vallata sint, observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari potuisse, vel debuisse, nec ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum etiam coloratum, vel possidendi, aut præscribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quancumque acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, vel facta non fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere tenore præsentium declaramus. Et nihilominus ad abundantiorum cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus damnamus, reprobamus, cassamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus.

§. 4. Firmas præterea, ac salvas esse volumus, atque decernimus quascumque censuras, & poenas Ecclesiasticas, quas ii omnes, qui præmissa perpetrarunt, ab Episcopis supradictis juxta ea, quæ ipsis mandavimus, palam, & publice de more denunciandi, vel forsitan jam denunciati, tam scilicet, qui terras, & loca Ducatus supradicti, ut præfertur, invadere,

perturbare, & prænarratis modis vexare, quam qui prædicta onera, & gravamina Personis, ac bonis Ecclesiasticis Ducatus hujusmodi inferre, & imponere, per se, vel alios, directe, vel indirecte præsumperunt, necnon Adhærentes, Fautores, & Defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes, quocumque tandem gradu, seu dignitate præfulgeant, propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt, a quibus post debitam damnorum illatorum refectionem, ac alias condignam Ecclesiæ præstitam satisfactionem, non nisi a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convalescerint) absolvi, & liberari valeant.

§. 5. Decernentes etiam easdem præsentibus Clausulas literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod præfati, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specificas, & individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cause, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium, vel habere prætendentium consensus, aliove quocumque, etiam quantumlibet magno, ac incogitato, incogitabilique defectu, aut ex alio quovis capite a jure, vel facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ulatenus posse, sed ipsas præsentibus literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ præfate Nuncios, aliove quolibet quancumque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstant præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo; legibus quoque, etiam Imperialibus, & municipalibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibuscumque Personis, etiam

Declaratio nullitatis relictæ concordie cum illius damnatione.

Decretum firmitatis censuratum.